

2075

CODICES

2076

*in missarum officijs deputasse noscatur &c. Injunctum sibi ait Scriptor opus ab eo, cui non possumus denegare, et ita ab Epistola Dom. I. in Adventu: Hora est iam nos de sompno surgere &c. orditur. Extrema sunt: ut sicut dyabolus per prudentiam deceperat ita per prudentiam decipietur.*

II. fol. 121. *Expositio super apocalipsin magistri Richardi de sancto Victore. Extat in Edit. Opp.*

*Laus tibi sit christe quoniam liber explicit iste*

III. fol. 205. *Brevis Historia Vitae Christi e IV. Evangelistis conflata, quae incipit: In principio erat verbum &c. finit: sedetque a dextris patris dei. Marci ult. Luce ult. et etiam Cod. Univ. 138. indicata est.*

DCCCXLIII.

U. 2228 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 233. f. magnifice nigro, rubroque exaratus, literis initiorum deauratis, picturatisque splendidus, et olim Bibliothecae Episcopatus *Neostadiensis*, Pontificale est duabus Partibus constans, quarum Prior Titulis XXXIII. Ritus conferendi sacros Ordines, variarum Consecrationum et Benedictionum, et Ordinem majoris Hebdomadis docet, praemisso ab alia manu ordine romane ecclesie quomodo debet pontifex celebrare. Multa hinc inde per margines addita et subpleta sunt pro varia ejusmodi Ritualium ratione et ad calcem legitur: *Anno domini M°.*

*Colon. 1621. P. II. p. 300. 4. Libris VII. sed in editis non adfunt praefixa Libris Summaria, quae in Codice habentur. Prooemii initium est: Accipe itaque frater karissime sententiarum munus &c. Et totius tractationis finis: qui nec loco capitur, nec tempore mutatur, immensus eternus, qui est deus benedictus in secula seculorum. Amen.*

CCC° undecimo quinto. *Idus. Marcij. perfectus est liber iste in argentina. per henricum scriptorem dictum wartenberg. Ecclesiam, sive Episcopatum, in cujus usus istud Rituale descriptum fuit, fortasse quis eliciat e nomine. S. Rupinae, quod in Litaniis fol. 144. p. 2. invocatur. Pars altera Praefationes Missales notis musicis illigatas, Missae Canonem pagina adpingendo Christo cruci adfixo vacua destituta, Benedictiones Episcopales, Altaris Consecrationem, Missas varias et Benedictionem Paramentorum sacerdotalium complectitur, atque hac Parte Literae quibusdam locis, nescio qua labe, fati evanuerunt.*

DCCCXLIV.

Codex membraneus lat. Sec. H. 3 XV. Folior. 365. f. per duas columnas eleganter exaratus, Iconibus IX. sacra Episcoporum munia exhibentibus, plurimisque aliis marginum et literarum picturis ab arti-